

Stephanus Galdeti

*⟨De⟩matrimonio et virginitate: An
virginitati matrimonium licite prefertur.*

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
05.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

|| **⟨De⟩ matrimonio et virginitate: An
virginitati matrimonium licite prefertur.**

P1 130v

Ponuntur tres conclusiones.

Matrimonium est licitum et honestum sine eligere matrimonium.

5 Secunda, quod eligere virginitatem est melius et perfectius. Iste due
patent 1 Ad Cor., 7.

 Tertia, quod virginitati matrimonium licite prefertur, quia eligere
matrimonium est licitum, preeligere est eligere, et eligere et preeligere
saltem implicite convertuntur in proposito, cum nullus possit unum
10 eligere nisi alterum deferendo, igitur etc.

 Ex ista ultima conclusione inferunt tria corrolaria. Primum, quod
preferens non preferendum recte prefert, quia matrimonium non
est preferendum nec e converso virginitas, quia tunc non preferens
faceret contra rectam rationem non solum preter. Hec ‘ad recte
15 preferendum’ quadrupliciter potest capi vel exponi, id est futurum
preferi, debitum preferi, licitum preferi, melius preferi. Et istud videtur
satis contineri sub secundo, quia maius est debitum non sub pena, sed
sub pena amissionis illius excessus bonitatis in secundo sensu verum est
corrolarium iuxta sententiam Magistri primo libro distinctione 44 vel 3.

20 Secundum corrolarium est quod preferens vel preeligens contra-
dictorium eius quodquod consonat rationi recte eligit quia eligens
non continere recte eligit etc. Ex quo ultima patet quod utrumque
contradictorum consonat rationi, et si obiciatur dissonant inter se, igitur
nulli dissonant, verum est eodem genere consonantie vel dissonantie, sed
25 bene alio genere bene duo dissimilia possunt esse equalia.

 Tertio similiter potest dici quod virtus dicitur illa esse rectis
rationibus et rectis iudiciis, sed contra, quia alterum erit falsum. Non
oportet, quia illa iudicia non sunt contradictoria sed de contradictoriis
extremis, verbi gratia ‘eligendum est non continere, eligendum est
30 continere’ vel e converso ‘continere’. Et apparet magis si exponantur
illa iudicia ‘eligendum est, id est licitum eligi’ modo quod utrumque
sit licitum quid dubitat. Si autem unum illorum diceret ‘eligendum est
continere non est eligendum continere’, tunc concluderet ratio. Tertium
corrolarium, quod faciens contradictorium vel contrarium eius quod
35 consonat sapientis concilio vel divino concilio recte agit, licet non faciens
contra in alia forma posuerat, scilicet faciens aliter quam dicit divinum

5 est | p. c. P1 11 ista | isto con. P1
P1 30 exponantur | con. P1

24 dissonantie | dissonantia con.

concilium. Sed ista esset falsa, quia divinum concilium confunderetur
ibi ita quod sequeretur quod ille nulli divino concilio se conformaret
virtute vel aliter. De ista materia tractat YBERNICUS in questione de
5 peccato originali in solutione cuiusdam argumenti an Adam potuit
peccare venialiter.

